

ANNA MACIEJEWSKA
(Łódź)

DE ALEXANDRI IUDICIO

Dramatis personae:

DISCORDIA
IUPPITER
MERCURIUS
IUNO
MINERVA
VENUS
ALEXANDER

[Ad mensam sedent: IUPPITER, MERCURIUS, IUNO, MINERVA, VENUS, cenantes et voce submissa cum deae, tum dei inter se colloquentes. Intrat INVIDIA]

DIS Hac in cena gaudent dei,
quasi sint obliti mei.
Sum Discordia, et dono
inter eos malum pono.

[malum aureum in mensam ponit, exit; malum MERCURIUS sumit]

MER Malum... *[dente probat]*
aureum, ut patet...
[inspicit]
et inscriptum... specta, pater!

[malum IUPPITER rapit]

IUP Aurum omne est pro rege,
[MERCURIO fructum reddit]
sed inscriptionem lege,
ne appellent me avarum.

MER. Est: „Pulcherrimae dearum”.

SĄD PARYSA

Osoby dramatu:

NIEZGODA (ERIS)
ZEUS
HERMES
HERA
ATENA
AFRODYTA
PARYS

[Przy stole siedzą: ZEUS, HERMES, HERA, ATENA, AFRODYTA, uczują i rozmawiają półgłosem, boginie między sobą, bogowie między sobą]

NIEZG Dziś ród bogów się weseli –
o mnie jakby zapomnieli.
Niech im więc zakłóci gody
moje jabłko – dar Niezgody.

[kładzie na stole złote jabłko, wychodzi; jabłko podnosi HERMES]

HERM Jabłko... *[próbuję ugryźć]*
ze szczerego złota...
[przygląda się]
jakiś napis... ojczyste, popatrz!

[jabłko chwyta ZEUS]

ZEUS Złoto władcy wziąć wypada.
[oddaje jabłko HERMESOWI]
Ale jeszcze będą gadać,
że Zeus chciwy... Czytaj, młody.

HERM „Dar dla najpiękniejszej
z bogiń.”

VE Mihi!
 MI Mihi!
 IUN Mihi!
 IUP Satis!
 Uni donum concedatis.
 MER Quae quo modo eligatur,
 regis caput nunc versatur...
 MI Tata...
 VE Iuppiter...
 IUN Marite!
 IUP Satis, dico! Nunc audite:
 Ipse causam non decernam
 (ne quietem gratam spernam).
 Praestat in dissensu tali
 uti iudice mortali.

[ALEXANDER pastor gregem custodiens dormitat aut fistula canit, intrat MERCURIUS illum quaerens]

MER Alexander, ubi es?
 AL Nihil tua interest.
 MER Deus sum, respectum volo.
 AL Deos ego parum colo.
 Ad sororem meam abi,
 quae in templis vitam agit.
 MER Vellem, iussum ni explerem
 summi Iovis, qui severe
 postulat, ut miti more
 loquar rudi cum pastore.
 AL Quid est?
 MER Tres adduxi deas
 et tu iudicabis eas.
 AL De qua re?
 MER De pulchro visu.
 AL Vix abstineo a risu,
 Iovis tamen voluntatem
 Faciam cum voluptate.

AFR Dla mnie!
 AT Dla mnie!
 HERA Dla mnie!
 ZEUS Basta!
 Ma to jedna być niewiasta.
 HERM Tylko którą obdarować?
 Nieźle króla boli głowa...
 AT Tato...
 AFR Zeusie...
 HERA Mężu miły!
 ZEUS Dosyć! Już postanowiłem:
 Sam tą sprawą się nie zajmę
 (bo mi żyć w spokoju fajnie).
 Lepiej problem ten subtelny
 niech rozstrzygnie człek
 śmiertelny.

[PARYS pasąc stado drzemie albo gra na piszczalce, wchodzi szukający go HERMES]

HERM Parys! Parys! Gdzie znów
 chodzisz?
 PAR Niech to ciebie nie obchodzi.
 HERM Proszę grzeczniej, jestem
 bogiem.
 PAR Bogów mam... no nie,
 nie powiem.
 Moją siostrę odwiedź lepiej,
 co w świątyniach hymny klepie.
 HERM Chętnie leciałbym od razu,
 lecz się trzymać mam rozkazów:
 ojca Zeusa muszę służyć
 i być miłym dla pastucha.
 PAR Czego?
 HERM Są tu trzy niebianki,
 co przed tobą staną w szranki.
 PAR W jakiej sprawie?
 HERM Swój piękności.
 PAR Rany! To już szczyt śmieszności!
 Ale skoro Zeus tak każe,
 ja odmówić się nie ważę.

Peter Paul Rubens, *Sąd Parysa* (National Gallery, Londyn)

[*intran*t IUNO, MINERVA, VENUS]

MER Ecce adsunt. Tu conare
iudicare.

[*malum aureum ei dat*]

AL [*pulchritudine dearum
percussus vix loqui potest*]

Aestimare
nequeo tam cito, statim...
sed, fortasse, separatim
unamquamque si videbo,
multo melius censebo.

MER [*ad deas*] Dominae, nunc
Iuno restet
et vos postea adeste.

[*exeunt* MINERVA et VENUS]

IUN Si victricem reddes me,
ego adiuvabo te,
nam te faciam potentem,
divitem ac opulentem.

[*wchodzą* HERA, ATENA, AFRODYTA]

HERM Oto one. No, oceniaj.

[*wręcza mu złote jabłko*]

[*PARYS porażony urodą bogiń ledwie
może mówić*]

PAR Mam oceniać? Od olśnienia
bolią oczy... Może raczej
pojedynczo je zobaczę.
Gdy obejrzę każdą sobie,
wtedy lepiej się wypowiem.

HERM [*do bogiń*] Niech więc Hera
tu zostanie,
wy zaś – później,
drogie panie.

[*wychodzą* ATENA i AFRODYTA]

HERA Jeśli tylko mnie wybierzesz,
wdzięczna za to będę szczerze,
tobie także pomóc raczę:
Będziesz władcą i bogaczem.

AL Vides me custodem gregis,
Tamen filius sum regis:
ipse regiam despexi,
vitam rusticam dilexi.

[IUNO irata rursus se recipit; MERCURIUS MINERVAM inducit]

MI Mihi palmam si praebebis,
bonum praemium habebis,
nam te faciam prudentem
et in bellis praevalentem.

AL Mihi tamen disputare,
Ferrum ferre, equitare,
bella gerere non placet.
Malo otium et pacem.

[MINERVA irata item rursus se recipit;
MERCURIUS VENEREM inducit]

VE Si pulcherrimam censebis
Venerem, non hoc maerebis,
quia hunc perpulchrum florem
[Helenae picturam monstrat]
tibi tribuam uxorem.

AL Cor Cupido meum mordet...
Duce ergo utar corde.

[malum VENERI dat]

Venus praemio dignatur,
mihi Helena donatur.

[exit VENUS malum aureum admirans,
ALEXANDRO sequente]

IUN Hoc insultum nolo pati!

MI Hic est error quidam fati!

IUN Nunc quaeramus ultionem.

MI Video occasionem... [exeunt]

MER Hoc initium videtur,
gravis quaedam res sequetur.
[intrat DISCORDIA]

DIS Ita. Meum tempus adest,
malum tempus. Terra, cave!

FINIS

PAR Widzisz mnie pomiędzy gminem,
lecz królewskim jestem synem,
porzuciłem wszak pałacę,
a wybrałem wieś i pracę.

[HERA cofa się zagniewana, HERMES
wprowadza ATENĘ]

AT Jeśli oddasz mi nagrodę,
ja ku chwale cię powiodę:
wzorem staniesz się mądrości,
męstwa oraz waleczności.

PAR Ja nie lubię dyskutować,
galopować i wojować,
wolę życie wieść na boku:
błogą ciszę, błogi pokój.

[ATENA również się wycofuje, HERMES
wprowadza AFRODYTE]

AFR Przyznasz jabłko Afrodycie,
to odwdzięczy się sownie:
tę ślicznotkę wymarzoną
[pokazuje portret Heleny]
uczynimy twoją żoną.

PAR W sercu mi zawrzały żądze...
Więc za sercem już podążę.

[oddaje jabłko AFRODYCIE]

Afrodycie dam jabłuszko,
sam w Heleny wskoczę łóżko.

[wychodzi AFRODYTA wpatrzona w złote
jabłko, za nią PARYS]

HERA Tej zniewagi znieść nie sposób!

AT To pomyłka! Kpina losu!

HERA Trzeba zemsty za tę podłość!


AT Chyba widzę już sposobność...
[wychodzą]

HERM Dosić groźnie to zabrzmiało,
coś się złego będzie działo.

[wchodzi NIEZGODA]

NIEZG Tak. Mój czas nadchodzi
wreszcie,
czas okrutny. Ziemi, strzeż się!

KONIEC



Lucas Cranach, *Sqd Parysa* (Metropolitan Museum of Art, Nowy Jork)

ARGUMENTUM

Lectori proponitur Latine et Polonice scripta comoedia, cui argumentum prae-buit celeberrimus mythus Graecus.